



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput centesimum decimum. Jesus asina pullo comitata vectus
Hierosolyma intrat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

CAPUT CX.

Jesus asina pullo comitata vectus Hierosolymam intrat.

GEN. 49. 10, 11. Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, o fili mi, asinam suam.

Zach. 9. 9. Exulta satis, filia Sion; jubila, filia Jerusalem: ecce rex tuus veniet tibi justus & Saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinae.

MATTH. 21. 2, & seq. Tunc Jesus misit duos Discipulos, dicens eis, Ite in castellum quod contra vos est, & statim invenientis asinam alligatam, & pullum cum ea; solveite, & adducite mihi. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem, Dicite, filia Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis. Euntes autem Discipuli fecerunt, sicut praecepit illis Jesus; & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Et Marc. 11. 2, & seq. Luc. 19. 29, & seq. Joh. 12. 14, 15.

I. HUC quoque referunt Muhammedani istud Isaia: *Haec enim dixit mihi Dominus, Vade, & pone speculatorem; & quodcumque viderit, annuntiet. Et vidit curram duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem camelis, & contemplatus est ruit Muhammedani, sed resilluntur.* *Alia hic vaticinia profetiarum, sed resilluntur. Isa. 21. 6, 7.* Ascensorem asini, Christum Jesum esse volunt; ascensorem camelis, Muhammedum. Cujus interpretationis argumenta nulla habent. Sed & alium locum ex Isaia proferunt, ejusdem rei *ἄσινον*, qui tamen in ejus Prophetia non comparat: *O populi, certe ego vidi speciem sedentis super asino, vestitum lumine Solis; & vidi insidentem camelo, lux ejus velut lux Luna.* *Haec profert Theodoricus Hackspan ex Epistola Muhammedani cujusdam Romam missa.* *Hacksp. De usu libror. Rabbini. 2.*

CAPUT CXI.

Jesu Hosanna concinitur.

P^{sa} SALM. 8. 3. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.

Psal. 117. 22, & seq. Lapidem, quem reprobarunt adificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Haec est dies quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea. O Domine, salvum me fac; O Domine, bene prosperare; benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis. Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris.

MATTH. 21. 9, & seq. Turba autem quae praecebebant, & quae sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna filio David; benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis. Videntes autem Principes Sacerdotum & Scribe mirabilia quae fecit, & pueros clamantes in Templo, & dicentes, Hosanna filio David, indignati sunt, & dixerunt ei, Audis quae isti dicunt? Jesus autem dixit eis, Utique numquam legistis, Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et Marc. 11. 9, 10. Luc. 19. 38. Joh. 12. 13.

CAPUT CXII.

Jesus venditores & emtores Templo ejicit, aliaque in eo miranda opera edit.

P^{sa} SALM. 68. 9, & seq. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filii matris meae. Quoniam zelus domus tua comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt

MATTH. 21. 12, & seq. Et intravit Jesus in Templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in Templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium colum-